Quelle:
Copyright:

4.

Evangelia idiomate Bohemico. 144a–153a

Evangelia idiomate Bohemico.

Reg. lubo.

Cod. CCLXXIII.

B 5.6.

Membran: Fol: min: Sec: 14 et 15.

Joannis de Monginato libap. finit: flor: coel. doctrinae, et figuranum M.V.M.

Joannis Monachi de Monginato Benedictini non procul a Carnuto in Francia liber appari„tionum et visionum B. V. Mariae. Titulus est: „Incipit liber appariciorum et visionum be„ate et intemerate" &c. Mox subjungitur: In„cipit liber beate virginis gloriose Marie qui „liber florum celestis doctrine appellatur „ad omnes artes scendas" &c. In prologo, qui incipit: „Nemo enim lucernam accendit", Seip„sum nominat, ac de scribendis visionibus ra„tionem reddit. Titulus saepius variat, sic fol. XI. dicit rubrica: „finit liber visionum „qui est de reprobacione artis notorie et de „presentis artis revelacione sequitur tunc „liber virginis Marie" &c. Fol. XIV. rubrica est: „Incipit liber de gracia domini"; ita vocat collectionem variarum precum ad obti„nendas visiones, artes, et scientias v.g. Rhe„toricam, Dialecticam, astrologiam &c. Matri„tarum. Fol. LII. denuo mutatur titulus, nempe: „Hic incipit liber figurarum beate „Marie virginis" &c. de quo dicit: „Anno incar„nacione dominice M CCC XV Idus Augusti „circa vesperas intepi librum istum"; ex quo aetas authoris dignosci potest. Ultimo ta„men folio iterum dicit: „In hac nova compi„lacione (a) duo nomina ponimus, scilicet li„brum florum doctrinis /a/ celestis appellamus." Coeterum codex summe vitiatus est, opus ipsum autem partus stolidi, ac fanatici hominis. Aetat quoque apud Scotos Viennae

(a) Author nempe secundis curis hoc opus recognovit.